

Mythologia, Padoue, 1616 - 82 : Les Sirènes

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

[Images, Lyon, 1581 - 35 : Les Sirènes](#) *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

[Imagini, Venise, 1571 - 35 : Les Sirènes](#) *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

[Mythologie, Lyon, 1612 - 60 : Les Sirènes](#) *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia* Padoue, 1616 - 82 : Les Sirènes, 1616

Consulté le 26/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7801>

Copier

Présentation du document

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrum Paulum Tozzium, ex typographico Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire HathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Format in-4

Pagination p. 395

Exposition virtuelle [La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024



attentionem, ut dictum est, vniuersa transferri potest. At verò hunc de Sirenibus est dicendū.

De Sirenibus. CAP. XIII.

SIRIENES & ipsæ periculosa hominibus monstra propter cantus suauitatem, dictæ sunt ita cantilenis nauigantes homines demulcere, ut in profundissimum somnum inducerent: quos postea ita sopitos in mare deiecebant ac necabant: excogitabant enim ex omnibus cantilenis, quas pro cuiusque ingenio mundiores fore putabant. Has igitur fixerunt antiqui Acheloi fluminis, qui Aetoliam ab Acarnania determinat, Nicopolinque ciuitatem, quam Cæsar post victum Antonium ad victoriæ eius memoriam sempiternam erexit, alluit, & Terpsichores fuisse filias. Nicander lib. 3. Mutatorum Melpomenen Sirenum matrem fuisse scribit, alij Steropen, alij Calliopen. Has tres fuisse memorant, quæ Musas aliquando in certa-

men cantus prouocare Iunonis suasu ausæ sunt: quare cum prius essent alatæ Sirenes, Musæ alas victis enulserunt, coronasque ex illis factas suis capitibus imposuerunt: quod factum est in Creta iuxta ciuitatem illa de causa vocatam Apteram, ut ait Crobylus lib. 1. Illa de causa ut dictum est, postea alatis capitibus Musæ fuisse putabantur præter vnam, quæ erat illarum mater. Hæ igitur iuxta Pelorum Scitiliz promontorium prius, vel (ut alijs magis placuit) in insulis Sirenuis habitauerunt: quæ sunt in extrema parte Italiæ, ut testis Strabo lib. primo, qui Sirenuas insulas etiam fuisse inquit lib. 3. saxosas ac desertas, non procul à Capreis, Hæ dictæ sunt inferiore corporis partem habuisse voluerum autem, at superiorem ad humanam formam effectam, ut testis Theopompus in Callaschro, & Isacius. Idcirco monstra illas vocauit Ouid. lib. 3. artis amandi:

*Monstra maris Sirenes erant, quæ voca canoræ
Quaslibet admissas detinere rates.*



Nomina verò illarum fuerunt ista, Aglaope, Pisinoe, Theriopia: ut voluit Cherilus Theriopia, Molpe, Aglaophonos. Clearchus verò Solensis, in Amatorijs, lib. 3. vnam illarum Leucosiam nominat, aliam Ligeam, tertiam Parthenopen: quare ait Strabo etiam lib. 1. Geogr.

nobilissimam Italiæ ciuitatē Neapolim dictam fuisse Parthenopen de nomine vnius Sirenum quæ in iis locis mortua est. Eam vero ciuitatem Phalaris Siciliæ Tyrannus instantasse fertur per bella prope enersam, ac nouam ciuitatem nominasse, siue Neapolim, cum tamen

D d d 2 D d o